



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 210. Witholdus a Bohemorum clientela per Papæ literas absterritus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

**Sæcul. XV**  
**A.C. 1422.**

stabat. Elector vero jam contentus, quod Lithuanum ad interrumpendam obsidionem compulisset, pedem retulit, quo recedente Coributus denuo arcem obsidere decrevit; Ast a Witholdo ad preces Poloniæ Regis, qui occasione homagii Prussici cum Cæsare in gratiam rediit, revocatus est. Quare Hussitarum copiæ ultra dimidiā partem attenuatae, haud amplius obsidionem prosequi poterant.

§. CCX.

*Witholdus a Bohemorum clientela per Papæ literas absterritus.*

*Cochl. hist.  
Huffit. l. 5.*

Displicuit summo Pontifici, Witholdum Ducem Bohemis supprias tulisse; quapropter die vigesima prima Maji ad eum literas dedit, adhortatus, ut illorum defensione omissa potius illos ad id induceret, ut Sedis Apostolicæ Legati hac ex caufa in Germaniam missi consiliis obtemperarent. Hanc legationem obiit Cardinalis Placentinus, nomine Branda de Castellione, patria Mediolanensis. Historici in hoc Viro ardentissimum tuerdae Religionis studium summis laudibus commendant, quo etiam Presbyterum quemdam, natione Hungarum, ab eo ad sinum Ecclesiæ reductum referunt; Hic utrumque Testamentum, Sacra menta, cunctasque Ecclesiæ Ceremonias reproba-

probabat, licet interdum, ne hærefis con-Sæcul. XV.  
vinceretur, sacris operatus esset, atque A. C. 1422.  
abjecta omni Religione quascunque se-  
ctas ludibrio habebat, id solum fidei ca-  
put existimans, quod solo naturæ lu-  
mine comprobari posset, adeo erroris sui  
tenax, ut nequidem suppliciorum metu  
ad saniora reduci posse crederetur. Hunc  
Legatus solidis adeo confutabat argu-  
mentis, ut in se reversus, ac de humani  
intellectus imbecillitate convictus, er-  
rores suos publice detestaretur, quos ut  
seria expiaret poenitentia, Ordinem Fra-  
trum S. Pauli Eremitæ, tum in Hungaria  
percelebrem, ingrediebatur.

§. CCXI.

*Ordinis Franciscanorum Præpositorus  
Constantinopolim missus.*

Cum Cardinalis Legatus in Orientem  
missus morbo in itinere correptus,  
tardius Constantinopolim pervenisset;  
Antonius Massanu, Ordinis Fratrum S.  
Francisci Minister Generalis, cum prior  
descessisset, summo honore, plurimisque in  
S. Sedem reverentiæ, ac obsequii signis  
ab Emanuele exceptus est. Cum vero  
sub idem tempus Imperator in gravem  
morbum Paralyfi non absimilem incidis-  
set, ejusque violentia e vivis ereptus  
esset, Massanu nonnisi cum Joanne

H h 4 Palæo-